Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Dominica xix post octauas penthecostes Secundum
In illo tempore Ascendens ihesus in naui Matheum
culam transfretauit et venit in ciuitatem suam Et
ecce offerebant ei paraliticum iacentem in lecto Et
Reliqua Omelia beati iohannis episcopi Christum in humanis
actibus diuina gessisse misteria et in rebus uisibili-
bus inuisibilia exercuisse negocia lectio hodierna
monstrauit Ascens inquit in nauiculam et trans-
fretauit et venit in ciuitatem suam Nonne ipse est
qui fugatis fluctibus maris profunda nudauit ut
israheliticus populus inter stupentes undas sicco ue-
stigio uelut montium concaua transiret Tu autem
Nonne hic est dominus qui petri pedibus marinos
uertices inclinauit ut iter liquidum humanis gres-
sibus solidum preberet obsequium Et quid est quod ipse sibi
maris sic denegat seruitutem ut breuissimi lacus trans-
itum sub mercede nautica transfretaret Tu autem
Ascendit inquit in nauiculam et transfretauit
Et quid mirum fratres xpus venit suscipere infir-
mitates nostras et sua nobis conferre remedia auferre
autem tedia sanitatis quia medicus qui non
fert infirmitates curare nescit et qui non fuit cum
infirmo non potest conferre sanitatem Tu autem Capitula
Renouamini spiritu mentis uestre et induite
nouum hominem qui secundum deum creatus est
in iusticia et sanctitate ueritatis Deo De-
ponentes mendacium loquimini ueritatem cum pro-
ximo suo quoniam sumus inuicem membra Deo Ira-
scimini et nolite peccare sol non occidat super
iracundiam uestram nolite locum dare dyabolo Deo
Unusquisque laboret operando manibus suis quod
bonum est ut habeat unde tribuat necessitatem
pacienti Deo Orate fratres ut sermo dei currat
et clarificetur sicut apud uos et ut liberemur
a malis et inportunis hominibus Deo Collecta
Omnipotens et misericors deus uniuersa nobis
aduersantia propiciatus exclude ut mente
et corpore pariter expediti que tua sunt
liberis mentibus exequamur Per Euangelium antiphona Dixit
dominus paralitico confide fili remittuntur tibi peccata tua